Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

JURIBUS PEREGRINANTIUM

Quam

PRÆSIDE SUPREMO JURIS

ARBITRO

Ex Decreto

Magnifici Jurisconsultorum ordinis

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores

ac privilegia Doctoralia

MAJORUM MORE CONSEQUENDI

Solenni Eruditorum disquisitioni

D. 9. Novembr. Anno MDCCI.

submittet

CHRISTOPHORUS HENRICUS Freiesleben/
Eisenbergâ-Osterlandus.

ARGENTORATI,
Literis JOHANNIS WELPERI.

Digitized by Google

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

JURIBUS PEREGRINANTIUM

Quam

PRÆSIDE SUPREMO JURIS

ARBITRO

Ex Decreto

Magnifici Jurisconsultorum ordinis

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores

ac privilegia Doctoralia

MAJORUM MORE CONSEQUENDI

Solenni Eruditorum disquisitioni

D. 9. Novembr. Anno MDCCI.

submittet

CHRISTOPHORUS HENRICUS Freiesleben/
Eisenbergâ-Osterlandus.

ARGENTORATI,

Literis JOHANNIS WELPERI.

1 alph. 15 bog.

Digitized by Google

Præmium.

COnſtitueram, occaſione doctiſſimi Libelli, ab Excell. Dn. Thomaſio, de Nævis Jurisprudentiæ Rom. non ita pridem editi, argumentum, de ſumma neceſſitate reconcinnandi Corpus Juris Civilis Eruditorum examini ſubjicere, ea quidem methodo ſcriptum, ut (1.) demonſtrarem, Imperium noſtrum Romano-Germanicum plane diverſum eſſe à veteri illa forma regiminis, indeque LL. Rom. omnes temporibus noſtris applicari vix poſſe. (2.) LLes Rom. Jurium noſtrorum varietatem & incertitudinem maximè augere, cum vitiis & antimoniis undique ſcateant evidentiſſimis, & quod maximum eſt, ſæpius à Lege DEI, honeſtate, & ſana ratione directò deflectant. (3.) Qua ratione, quibusque auſpiciis hi ingentes defectus corrigi & extirpari poſſint; ſed quo minus hæc ſacra ad optatum finem perduxerim plura obſtitere, quæ ſingula recenſere & pietas & religio, jamjam non permittit. Cogor itaque hac vice nauclerum imitari, qui, cum eo, quo cupiat, pergere non poſſit, eò quo poteſt curſum ſuum dirigit, ac ſæpè velificatione mutata, procellis ac tempeſtatibus obtemperat, ne, ſi curſum tenere velit, naufragium patiatur) & utiliſſimam in ſocietate civili materiam, de Jure Peregrinantium, illius loco adoptare, quæ eo jucundior mihi videtur, quo magis in animam induxi meum,

1 alph. 15 bog.

Digitized by Google

eorum caſtra, quam primum id quidem fieri poterit, bono cum DEO ſequi. Adeſte igitur, nobiscum peregrinamini, quotquot facillitate hac præditos noveritis, cumque Iſocrate in Pareneſi judicate: Turpiſſimum eſſe, mercatores tanta maria tranſire pauxilli lucri cauſa, Eruditos verò iter ingredi nolle, ut mentem ſuam ornatiorem, politioremque reddant. Delicatus enim ille eſt, cui Patria dulcis: fortis autem, cui omne ſolum Patria: Perfectus vel cui mundus exilium eſt:

Per tutt' è buona ſtanza ov' altri goda
Et ogni ſtanza al valent huomo è patria.

PARS GENERALIS.

§. I.

BReviter & nervosè in re ſubjecta ſcripturi, ſupervacaneis undique eliminatis, ſequeſtrataque omni, quæ Etymologiam, & Synonimorum materiam ſpectat, ab aliis dudum operoſiſſime occupata curâ, præſtabit potius ad ipſam quidditatem, veluti JCtis magis aptam & proficuam ſtatim convocare. Jus igitur heic pro eo accipimus, quod juſtũ & æquum, ſeu quod Jure circa peregrinantes ſpecialiter eſt definitum. *Illuſtriſſ. Dn. Schilter. Diſp. de Jure Peregrinor. §. 2.* Peregrinantes autem vocamus illos, qui peregre abeunt & perficiſcuntur. *Vid. l. 4. §. 1. π. de hered. inſt. & l. 50. π. Famil. Erciſc.* Cum verò peregrinatio alia ſit voluntaria, quæ ſc. à quovis pro lubitu inſtituitur, & alia neceſſaria, quæ coactè ſuſcipi debet, ideoque & peregrinans & voluntarius & neceſſarius appellari poteſt; de utroque ordine, quamvis de voluntario, tanquam ad ſcopum noſtrum magis pertinente, fuſius dicendum erit.

§. II. Quamprimum ergo peregrinans in terras alio ſole calentes proficiſci incepit, obviam ipſi venit Jus ſingulare,

ſare, dicens : In genere fas eſſe, omnibus peregrinantibus honeſtis patere ingreſſum, nefas verò, hoſpitem pacatum, neque lædentem, neque ſuſpectum communi ſolo excludere. DEUS enim non omnia omnibus terræ partibus conceſſit, ſed per Regiones dona ſua diſtribuit, quo mortales aliorum indigentes opē, ſocietatem colerent. *P. Müllerus in diſp. de Jure Peregrinantium. th. 6. & Lanſius in Conſult. p. 8. & 9.*

§. III. Quilibet tamen peregrinans juxta mores cujusvis Regionis in via procedat: & notiſſimum illud Epiphonema: Si fueris Romæ &c. bene obſervet, hinc ſi ſciat, quod per quasdam Italiæ Ditiones nulli viatorum ex Germania, Gallia, l. aliunde venientium liber commeatus concedatur, niſi vel nomen ſuum edat, vel arma deponat, vel per certum tempus ſubſiſtat, antequam progrediatur, hæc ſtatuta neceſſariò obſervare debet, non obſtante, quod alias quivis peregrinantium arma, ſalutis ſuæ tuendæ gratia licitè geſtare poſſit. *l. 1. π. ad L. Jul. de vi Publ. 2. F. 27. §. 5. verſ. Mercator. Menoch. lib. 2. de Arbitr. Jud. Cent. 4. caſ. 394. n. 63. & ſeqq.*

§ IV. Utitur autem peregrinans ad res ſuas, vel ſeipſum transportandum, vel propriis rebus, vel alienis, ſi hiſce, & quidem equis publicis ſ. veredis. Poſt-Pferde uti velit, caveat, ne nimis onerentur: propter ſingulare mandatum *Imp. Ferdinandi III. de Anno 1642. add. l. 12. C. de Curſ. publ. & Müller. dict. loc. th. 11. ſeqq.* Quod ſi tamen equus publicus in itinere ſine culpa ſuccumbat, nulla ſanè peregrinantem ſtringit obligatio. *Hornigk. de Jur. poſtar. cap. 18. th. 15.*

§ V. Cum verò mores moderni ita, proh dolor! ſint comparati, ut peregrinans vix unicum milliare, ſine expenſis ſuperfluis abſolvere poſſit, & Publicanus in hiſce promovendis ferè primum obtineat locum, idcirco nova venit notanda cautela, ſc. ut petitum vectigal lubenter ſolvat, mercesque ſuas, niſi velit, ut eæ in commiſſum cadant, fideliter profiteatur, licet enim moram deinceps, offerendo vectigal purgare velit, audiendus tamen non erit, ſed merces eo non attento fiſco committentur, *arg. l.*

16. §. 3. π. *de acquir. vel omitt. poſſ.* Niſi (1.) Peregrinantes easdem profeſſi fuerint, & publicani vectigal non exegerint, tunc enim pœna commiſſi in profitentes exerceri non poteſt, ſed publicano negligenti culpa adſcribenda, vel (2.) majus quidem vectigal pro mercibus ſolvendum fuiſſet, publicanus verò in hoc exigendo parum curioſus fuerit. *Müll. th.* 14. *d. l.*

§. VI. Ex hiſce patet, nunquam res peregrinantium in commiſſum cadere poſſe, niſi profeſſio earundem dolo malo ſit omiſſa. *l.* 8. 16. §. 10. π. *de Publ. & vect. R l. de Ao.* 1530. §. Wie wohl auch. *verb.* fürſetzlich und muthwillig verfahren. hinc excluduntur (1.) Ignorantes, hoc tamen caſu duplum ſoluturi. *l.* 16. §. 10. 11. *de Publ. v. tamen l.* 16. §. 5. *h. Gail.* 2. O. 46. *n.* 26. (2.) peregrinans, res ſuas aurigæ locans, licet hic pedagium non ſolvat. *l.* 11. §. 2. *l. fin.* §. 2. & 11. *de Public. & Vect. junct. arg. l.* 5 *pr.* & §. 1. *de eo per quem factum eſt. Strach. Tr. de Nautis p.* 3. *q.* 1. *Bocerus de Regal. c.* 2. *n.* 211. *Steph. de Jurisdict. lib.* 2. *p.* 1. (3.) qui propter tempeſtatem ſolvere non poſſunt. *l.* 16. §. 8. *de Publ.* quod Dd. variè extendunt. *Vid. Hahn. ad W. de Publ n.* 6. *in fin.* Sic ſi quis propter tempeſtatem in aliquem portum ſe conferre neceſſum habuerit, vel ad priorem portum reverſus fuerit, ſi iterum inde diſcedere velit, immunis erit à telonio. *l. p.* π. *eod.* Cautè quoque agat peregrinans in invehendis rebus prohibitis, hæc enim licet inter illas quoque importari permiſſæ reperiantur, de ſtricto jure indiſtinctè omnes in commiſſum cadunt. *l.* 11. §. 2. π *de Publ. l.* 3. *C. de Naut. fœn.* quamvis hodie merces tantum prohibitæ attendantur. *Ant. Matth. Tr. de Auction: lib.* 2. *c.* 7. *n.* 10. *ſeq. Struv. S. J. C. Ex.* 39. *th.* 50.

§. VII. Hiſce à peregrinantibus ritè obſervatis, pro diverſis fortunæ caſibus, è contra quoque diverſa ipſis juris competunt remedia, notiſſimum eorum eſt (1.) Actio injuriarum, quæ ſi ex Edicto Prætoris deſcendit, dicitur perſonalis, pœnalis, civilis, famoſa, & annua, inſtituenda adverſus injuriantem, ad æſtimationem injuriæ, injuriato illatam, præſtandam. §. 7. 8. & 10. *l. de Injur.* Si verò ex L. Cornelia oritur, judicium criminale eſt, quo injuratus petit

tit, ut injurians ſofficio judicis extraordinariâ pœnâ coerceatur. *l ſ. π. de injur. l.* 10. *l. Eod.* (2.) Rei vindicatio *l.* 9. 23. *pr. π. de R. V.* Sive violator oblatam rem poſſideat, ſive dolo deſierit poſſidere. *l.* 27. §. 1. *eod.* immo adverſus tertium b. f. poſſidentem, ut res abſque refuſione pretii reſtituatur. *Richter. Deciſ.* 98. (contra irrationabilem iſtam conſuetudinem, qua bona abrepta, apud raptores comprehenſos inventa, fiſco adjudicantur, quæ nonnullis in locis adhuc in uſu eſt, legibus Imperii autem meritò ſublata. *R. I. de Anno* 1559. §. 55. *Ord. Crim. art.* 219. *v. Tabor in racemat. crim judic. LL. C. ad Authent. Navigia de furtis.*) (3.) Actio ex Edicto contra Publicanos, quæ eſt Prætoria, perſonalis, proveniens ex delicto, & damno, ſc. furto, rapina, damnò injuria, aut illicita exactione dato. *l.* 1. *pr. l.* 9. §. 5. *de Publ.* Sive ab ipſo Publicano, l. aliquo ex ejus familia vel alio ejusmodi. *l.* 1. *pr.* 12. *pr.* §. 1. *l.* 1. §. 5. *l.* 3. *pr. d. t.* Si damnum datum per furtum, rapinam, damnum injuriâ, tum datur intra annum in duplum, poſt annum verò in ſimplum 1. *pr. eod.* (quod regulare eſt in omnibus actionibus pœnalibus prætoriis) ſi verò damnum datum per illicitam exactionem, eamque *violentam*, tum datur in quadruplum. *l.* 9. §. 5. *eod.* quod etiam rem continet. *l.* 5. §. 1. vel *non violentam*, tum datur in duplum. *l.* 9. §. 5. *Vid. Schuzii Compend. Lauterb. Tit. de Public. in C. & O.* (4.) Actio in factum de dejectis & effuſis, quæ datur læſis & illorum heredibus. *l.* 5. §. 5. *de his qui effuder. vel. dejec.* adverſus inhabitatores ædium, vel navium, *l.* 1. §. *f. eod.* ex quibus aliquid dejectum vel effuſum eſt, eum in locum, quo vulgo iter fit, ad damnum per hoc datum vindicandum. §. 1. *l. de oblig. que quaſi ex del. l.* 1. *pr. l.* 5. §. 5. & quidem in duplum ſi damnum datum in re æſtimabili, ſin verò in re æſtimabili, v. g. ſi libero homini damnum datum, datur in id, quod judici æquum videtur, æſtimatis operis & impenſis *l.* 1. *pr* 5. §. 1. *l. eod.* Si tamen conſtet, quis dejecerit, vel effuderit, contra illum datur Actio L. Aquiliæ. §. 13. *J. de L. Aquil.* (5.) Conditio ex lege, adverſus Dominium Territorii, vel dominum conducendi, quod tranſeuntes, certo pretio accepto

(ſi

(ſi id uſus ferat. *R I. de Anno* 1548 §. Ferner auch noch zu mehrer ꝛc. 20. *ibi*: an Orten es herkommen.) ſecuros reddere, atque ſi damnum à prædonibus acceperint, illud reſtaurare tenentur. *Vid. R.I. de Anno* 1555. §. Nachdem aber & 1559. §. Damit dann ꝛc. Competit autem hæc condictio, etiamſi ſalvum conductum à Domino ſpecialiter non petierint, juxta veriorem ſententiam *Kloki. de Vectig. num.* 77. & *Fritſch. de viis publ. c.* 12. *num.* 23. Eo ipſo enim dum Princeps peregrinantibus inſontibus permittit, transire territorium, ſecuritatem quam poteſt pleniſſimam, ex officii neceſſitate, permittere cenſetur, & quam primum quis ingreditur territorium alicujus Principis, fidei ac tutelæ iſtius ſe ſuaque committit, ut nefas ſit ſub fide & authoritate Principis aliquem decipere. *l.* 1. §. *ſed & qu. C. de Latin. libert. toll. Müller. d. l. th.* 25. Et hæc quoque procedunt, licet ſpoliatus olim deprædatorem injuria affecerit *Burſat. Conſ.* 138. *n.* 64. *Gramm. deciſ.* 71. *n.* 16. Vel peregrinans Judæus ſit, cum & hi in tutela eſſe dicantur, niſi transeant per alicujus Status territorium, in quo alias non tolerantur. *l.* 6. C. *de Pagan: Ricc. in Collectan. p.* 26. 39. *Fritſch. d. Tr. c.* 8. *n.* 18. Neque prætendere poteſt Dominus negligentiam & culpam officialium, ſibi enim imputet, quod non diligentiores adhibuerit. *Mynſing. C.* 7. *Obſ.* 5. Quod ſi tamen dominus delinquentes vivos exhibeat, illique ſolvendo ſint, ad damni reſtitutionem non obligatur. *l* 1. *π. de Publ.* Dominus enim tantum in obſidium tenetur. *arg. Tit. π. de Magiſt. conven. Lucas de Curt. conſ.* 62. *n.* 17. *Vol.* 2. *Conſ. Crim.* Neque electio eſt penes injuriatum, utrum Dominum, an deprædatorem convenire velit. *Praſchmann. in Reſponſ. de expugnat. adium qu.* 1. *poſt. n.* 244.

§. VIII. Hæc dicta omninò vera ſunt, Modo (1.) peregrinantes non à via publica & regia (*arg. l.* 1. §. 1. *de his qui effud. l. ejec.*) deflectentes, inſolitam viam, inſolito tempore, (*arg. l.* 1. §. 18. *ad SCt. Silan.*) elegerint, *l.* 2. 5. C. *de Curſ. Publ. Gail.* 2. *obſ.* 46. (2.) Legitimum vectigal non defraudaverint, *Grevæus Concluſ.* 64. *n.* 6. & 19. & (3.) ea vis latronum fuerit, quæ potuerit à Domino territorii in

impediri. *Gail. Klock. & Frieſch. dd. ll.* Secus ſi ſufficientia remedia non adhibeat Dominus, tunc enim conſentire in facta videtur, & quaſi ex maleficio obligatur. *l. in delictis 4. π. de noxal. act.* inprimis ſi peregrinantes ſecuritatis conſequendæ gratia aliquid ſolvêre. *arg. 5. π. Naut. Caup. Stab.* NB. Si plures fuerint domini territorii aut juris conducendi, & omnes ſolvendo, quilibet eorum in ſolidum tenetur. *l. in magiſtrat. de Magiſtr. Conven. Par. de Puteo in Tr. de Syndic. in verb. Negligentia. c. 1. n. 15.* modo quivis ſit in dolo & culpa lata, alias enim ſi quis eorum in levi exiſtat culpa, pro portione in eum dabitur actio. *d.l. magiſtr.* Peregrinantes etiam læſionem prius probare, damnumque liquidare tenentur, antequam Dominus ad reſtitutionem cogi poſſit, quæ probatio tamen æque per juramentum. *Corn. Conſ. 118. n. 7. V. 4.* ac per teſtes, etiam familiares & (ſpecialitate aliqua interveniente) ſolios fieri poteſt. *Beuſt. de Jurejur. n. 170. Cravett. Conſ. 166.*

§. IX. Remedia autem jamjam enumerata adhiberi poſſunt non ſolum ſi peregrinans ipſe, ſed etiam ejus famuli & ſervi injuria quadam afficiantur. *arg. §. 2. l. de uſu & habit.* nihilque intereſt ſive offendantur in itu, ſive in reditu. *l. §. π. de ſepulch. viol.* Non enim ſecure venit, qui non poteſt ſecurè redire. *l. 3. π. ad SCt. Treb.*

§. X. Occaſione horum jurium, ſolvenda eſt quæſtio quæ inter peregrinantes ſæpiſſime moveri ſolet: Quisnam in locis anguſtis & arctis viis alteri de jure cedere debeat: Sachſch. Weichbild *lib. 2. art. 59.* legem hunc in caſum præſcripſit ſingularem, eamque æquiſſimam, *ibi*: Der leere Wagen ſoll weichen dem geladenen / und der minder geladen iſt / dem ſchwerern / der Reitende ſoll weichen dem Wagen / und der Gehende dem Reitenden / ſeind ſie aber auff einer Brücken / und man jaget einen Reitenden oder einen zu Fuß / ſo ſoll der Wagen ſtille ſtehen / ſo lange / biß ſie mögen hinüber kommen. Welcher Wagen erſt auff der Brücke kömt / der ſoll zum erſten hinüber fahren / er ſey leer oder geladen. *V. Zobel. p. 2. diff. 46. n. 1. it. Nic.* von der Hoog. *ſing. jur. 21. Ord. Norimb.* qua cautum:

Ut carrus cedat currui, vehiculum meritorium, quo perſonæ ſolum vehuntur, currui l. vehiculo onuſto, & denique qui ex urbe vehit currus, cedat urbem ingreſſuro. *add. St. av. Jurispr. Rom. Germ. lib. 1. t. 3. th. 9.* Quamvis hiſce juribus inhærere velle ſemper conſultum non ſit, ſed ob multa incommoda ei potius parci ſoleat, qui majori onere gravatur. Nunquam verò impediendæ ſunt Poſtæ tam ordinariæ quam extraordinariæ, i. e. Principum nuncii, qui expreſsè mittuntur, (Expreſſe ſc. ſchnelle Poſten/Currier/ cum literis, quas ſtaffetten vulgo vocant) equisque celeribus per vices mutatis iter peragunt, id quod etiam ad inanimata, ſc. Rhedas ſ. currus, Germ. Poſt-Calleſchen/ vel naves curſorias, Fehrſchutten/ Treckſchutten/ Jagten &c. qui curſus in Belgio frequentiſſimus eſt, optimo applicari poteſt jure, ut verò de eorum qualitate eo magis conſtet, condecurantur Curſores ſ. Poſtilliones togâ ab aliis diſtincta, & corniculâ curſoria. Germ. Poſthörnlein/ inque Imperio noſtro Aquila. Sie führen auff der einen Achſel oder Bruſt einen doppelten Adler; datur quoque iisdem ſchedula curſoria. Germ. Stund oder Paſſe-Zettul/ ex qua perſonæ certitudo certè dignoſcitur. Cæterum ſi duæ naves ſibi invicem in flumine l. rivo obviam fiant, deferendum eſt ei, quæ primo flumen intravit, quia hoc ipſo præoccupavit ſibi uſum, & appropriavit: Si verò ſimul intraverint, locus erit gratificationi, & ſi flumen eſt capax ambarum navium, invicem ſibi cedere debent. *Oldenburgerus de IV. Elementis jurid. conſid. p. 175.*

Accidit quoque nonnunquam, ut in locis hiſce anguſtis res fortuitò amittantur, hinc peregrinans tantum abeſt ut ſuas faciat, ut potius eas debito loco indicet, neq; expectet, donec Dominus inquirat aut ſuperveniat, & ſi dominum ignoret, ad Magiſtratum iſtius loci deferat, ac denunciet, quò in loco publico proclametur. *Mev. ad Jus Lub. lib. 4. t. 1. art. 9. n. f.* aut juxta alias loci conſuetudines procedatur. Id quod ſi negligit, remque inventam inſuper clam tenet, & celat, exinde furti ſuſpectus fieri poteſt. *Mev. d. l.* adeo, ut nec juratæ ejus aſſertioni, quod ſc. animo non lucrandi

Digitized by Google

di eandem ſuſtulerit, credatur. *Menoch. ſ. Præſ.* 30. *n.* 11. mitius tamen moribus noſtris puniri ſolet, atque olim de J. Civ. *Carpz. Pract. Crim. q.* 86. *n.* 9. *&* 16. & pœna inprimis juxta malitiæ gradus attemperanda *Cz. d. l n.* 1. *& ſeqq. Müller. d. diſp. th.* 31.

§. XI. Conſideravimus hactenus peregrinantem in via hærentem, jam ordo poſtulat, ut eum quoque in diverſorio ſ. hoſpitio conſiſtentem intueamur, hoſpitium verò aliud eſt gratuitum, aliud mercenarium; differentiam horum inſignem nobis reliquit *M. Tullius l. de Divinat. ibi:* Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent, & Megaram veniſſent, alterum ad cauponem divertiſſe, ad hoſpitem alterum. Qui ut cænati quieſcerent, concubiâ nocte viſum eſſe in ſomniis ei, qui erat in hoſpitio, illum alterum orare ut ſubveniret, quod ſibi à caupone interitus pararetur. Hoſpitalitatem gratuitam, quatenus eam DEUS præceperit, videmus *Iev.* 19. ℣. 10. *& Deut.* 14. ℣. 19. *ſeqq.* it. apud Paulum ad Hebræos. 13. ℣. 1. Ad Ethnicos autem quod ſpectat, tanti faciebant hoſpitum curam, ut apud Homerum ſæpe Dii peregrinorum habitu fingerentur oberrantes, idque munus omninò divinum videretur cum ipſomet Jove natum, hinc *Ovid. X. Metam.*

Ante fores horum ſtabat Jovis hoſpitis ara.

Et *Cic. Dial. de Leg.* 5. Ad peregrinos ſanctiſſima eſſe fœdera quisque cogitet, ferme enim omnia peregrinorum & contra peregrinos peccata præ illis, quæ inter cives committuntur, ultori DEO curæ ſunt: Nam cum peregrinus amicis cognatisque careat, majorem & apud Deos & apud homines meretur miſericordiam. Quare qui magis ulciſci poteſt, is ad ferendum auxilium eſt promtior.

Hoſpitalitates hancce gratuitam, quippe quæ hodie ferè in deſuetudinem abiit, excipit mercenaria, quam caupo exercet, (à cupis fortaſſe dictus, Ital. coppe. *V. Lal. Biſciola Hor. ſubſec. Tom.* 2. *lib.* 10. *c.* 10. ubi plura de miniſterio hoc ſordido) Horum cauponum olim peculiaris erat veſtis juxta Antheriſtiſem apud *Plaut. in Panulo. Act.* 5. *ſc.* 4.

Quis hic homo eſt cum tunicis longis quaſi puer cauponius ?

Et virga ſ. arundine à cœteris diſtincti, de quo *Amian. Marcell. l.* 14. *c.* 17. Quod factum nonnulli putant, ne audacter ſeſe in virorum honeſtorum ſocietatem imiſcerent. Infamis enim ars erat cauponis, quia negotiationis acceſſione lenocinium exercere præſumebantur. *L. Athletas.* 4. *§. ait Prætor.* 2. *ff. de his qui not. infam. V. omninò Lauterb. Tr. Syn. de Nautis §.* 15. hinc & mulieres in caupona adminiſtrantes credebantur meretrices vel proſtituendæ. *l. fin. C. ſi mancip. ita venierit ne proſtit. l. palam.* 43. *pr. & §.* 9. *de R. N.* huc ſpectant facetiæ *Æneæ Sylvii in Epithal. p.* 23.

Quæ nulli aut paucis carnem corpuſque negaſti,
Cur ſine carne mihi ſordida jura dabas.

§. XII. Caupo cauponam habitat, ubi quæſtus gratia viatores recipiuntur, ipſisque vinum & edulia venduntur. Taberna largius nomen videtur cauponâ, à Tabulis ſic dicta. *V. l.* 183. *de V. S.* ab hiſce differt Diverſorium, quod quidem ſimiliter locus eſt, in quo viatores divertunt, inſuper tamen ipſi adjectum ſtabulum eſt. Germ. Ein Gaſt-Hoff / Wirthshauß. & qui hoc habitat hoſpes activus, ein Gaſtwirth / Gaſtgeber dici ſolet. *Laut. d. l. §.* 3. *&* 4. hæ Cauponæ & Tabernæ olim propter commoditatem ac ſecuritatem circa forum erant, ſupra verò ex cauponum verſutia in advenis invitandis inſcriptum:

Hoſpes hic benè manebis, hic ſummum bonum voluptas eſt, paratus erit iſtius domicilii cuſtos, hoſpitalis, humanus, &c. Senec. Epiſt 3. 21.

Propter ſecuritatem ante illas catenæ ferreæ inductæ erant, hinc *Juven. Satyr.* 3. *v.* 302.

Nec tamen hoc tantum metuas, nam qui ſpoliet te
Non deerit: Clauſis domibus, poſtquam omnis ubique
Fixa catenatæ ſiluit compago tabernæ.

§. XIII. Morbo jam indicato, fraudibusque Caponum

num delectis, ad pharmacum deveniendum, & quousque ipsorum officium erga peregrinantes se extendat, perlustrandum. (1.) igitur Caupo omnes peregrè venientes, quovis tempore, etiam invitus recipere tenetur. *l. un. §. fin. π. furt. adv. naut.* maximè verò si hederam habeat suspensam. Der ein offenes Schild außgehenckt hat. *Speckhan. Cent. 1. q. 23. num. 3.* Rationem vid. apud *Lauterb. Tr. Syn. de Nautis. §. 13.* perfractèque denegantes officio judicis ad hoc cogi possunt. *Pet. Peck. ad l. 1. §. 1. π. Naut. n. 7.* (arg. hujus dicendum etiam, quod nauta vento prospero possit cogi navigare, æque ac hospes hospites recipere. *Bart. in l. 1. §. 1. π. Naut.* navis quippe adhoc paratur, ut naviget, non ut in portu hæreat. *l. 12. §. 1. π. de usufr.* inprimis si causa publica hoc urgeat *Perez. in C. de Navicul. n. 38.*) Excusantur tamen si ejus navis vel hospitium jam sit repletum, *Knipschild. de Jur. Civ. Imper. lib. 5. c. 26. n. 20.* vel advena ipsius cauponis, aut etiam Civitatis inimicus vel hostis. *Bernegg. ad Tacit. de Mor. Germ. qu. 125. Peck. d. l.* It. si Viatores sint Pacis publ. Rei, Rebelles, Banniti, Latrones, Fures, Abigei, Impostores, Sacculatii, Aleatores, Scortatores & Meretrices, Blasphematores, Zingari, mendicantes validi, otiosi & errones, quique contagioso laborant morbo. *Speckh. C. 1. qu. 10. num. 10. add. Edict.* von Blackerey. *de anno 1571.* Nam qui tales personas scienter recipiunt, non hospites, sed receptatores potius dici merentur, ipsisque delinquentibus æquiparantur. *Roman. Consil. 427. Mev. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 2. art. 2. n. 20.* (2.) Quamprimum peregrinans hospitium intravit, hospes Jura Civitatis specialiora ipsi nota faciat; hinc pœnam luere debet hospes activus, qui hospitatum suum ferentem pugionem vel simile prohibitum instrumentum & ignorantem statutum de prohibitione non admonuerit, permiseritque sic per plateas incedere. *Angel. ad l. qui perceptione. 4. π. de his qui dejec.* (3.) Res hospitio (vel navi propter affinitatem enim Jura maritima hic semper sunt intermiscenda) illatas custodire, illasque salvas & illæsas restituere tenetur, per *l. 1. pr. π. Nauta &c.* ubi edictum Prætoris hanc in rem

1 alph. 15 bog.

Digitized by Google

æqiſſimum duas diverſas præponit actiones, quarum altera dicitur de *Recepto*, quæ eſt Actio in factum, Perſonalis, Reiperſec. & perpetua, qua hoſpites (vectores) à cauponarum vel ſtabulaborum (navium) Exercitoribus res ab iis receptas repetere poſſunt. Altera eſt Actio *in factum*, de qua infra.

§. XIV. Actio de Recepto introducta eſt à Prætore, ſupplendi Juris Civilis gratia. *l.* 3. §. 1. *Naut.* ex æquitate. *l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. 1. *Eod.* Oritur ex quaſi contractu. *Laut. d. l. n.* 19 *& ſeqq.* qui eo ipſo initur, quo quis publicè ex libero arbitrio *l.* 1. §. 1. *Eod.* cauponam (Navem, ſtabulum) quotidiani quæſtus gratia exercet, & res ſive per ſe ſive per alium recipit. *l.* 7. §. *f. Eod.* Specialis tamen aſſignatio non requiritur. *l.* 1. §. *fin. Eod.* ſed ſufficit cauponem (exercitorem) ſcire, aut ſcire debere, vel potuiſſe. *arg. l.* 1. §. *fin. l.* 5. *pr. Eod. Peck. ad d. l.* 1. §. *f. & LL. ſeqq. n.* 3. *ibique Vinn. lit. C. Loccenius de Jure marit. d.* 6. *l.* 3. *c.* 8. *n.* 3. *Chriſtin Deciſ. Belg. Vol.* 5. *Dec.* 65. *n.* 20. *&* 21. Quod ſi tamen caupones &c. ipſam illationem rerum negarent, probatio Actori omninò incumberet. *l.* 2. *π. de probat. V. Lindenſpur. ad* §. *Prov. Würtenb. p* 139. Mediaſtinus verò qui non habet recipiendi poteſtatem, ſi exercitore ignorante aliquid recepit, eum non obligat. *l.* 1. §. 2 *&* 5. *Naut. Carpz.* §. *F. p.* 2. *c.* 26. *d.* 11. *Loccen. d. l. c.* 7. *n.* 12. Illud tamen non refert, gratis an per mercedes res receptæ fuerint. *l.* 6. *pr. Eod. ibique Peck. & Vinn.* imputet enim ſibi caupo, quod gratis me admiſerit, & ſe obligatum eſſe nolle non prædixerit. *Laut. d. l n.* 29.

§. XV. Datur autem hæc actio Viatoribus (vectoribus) ac hoſpitibus, quorum res à Cauponibus (Nautis, ſtabulariis) receptæ, ſed ſalvæ non ſunt reſtituræ. *l.* 1. *pr. π. Naut.* licet ipſi quoque caupones (Nautæ) ſint. *l.* 4. §. 1. *eod.* (1.) contra Nautas ſeu exercitores navium *d. l.* 1. §. 2. generaliter omnes. *l.* 1. §. 4. *eod.* (2.) Caupones & durante officio illorum inſtitores. *l.* 1. §. 5. *eod.* (3.) ſtabularios *l.* 1. *pr. &* §. 5. *eod.* illorumque heredes. *l.* 3. §. 4. *eop. Lauterb. d l. n.* 31. Item juxta veriorem ſententiam. *Mevii ad* §. *Lub. lib.* 3. §. 12. *art.* 12. *num.* 14. (4.) contra

Oeno-

Oenopolas, qui minutim vina vendunt, licet ſit fœmina *Laut. d. l. §. 31.* Quid de Aurigis (*5.*) obtineat, an ſcil. ad illos hoc edictum quoque pertineat, in eo Dd. non conſentiunt JCti Jenenſes apud *Ruhr. p. 3. Dec. 141. n. 16.* pro affirmativa reſponderunt, à quo reſponſo tamen Tubingenſes *anno 1670. die 16. Decemb.* declinare non dubitarunt. *V. Laut. d. l. n. 33. & ſeqq.*

§. XVI. Locum tamen non habet contra illos, qui non ſunt hujus profeſſionis (contra hos enim dantur actiones ordinariæ; depoſiti & locati *Laut. d. l. §. 24.*) licet ex neceſſitate, vel amicitiâ &c. hoſpites receperint. *arg. l. 1. §. 1. l. 2. & 3. l. 6. §. 3. Naut. l. 9. §. 1. de Jure dot. Vinn. ad. d. l. 1. §. 1. lit. A.* hinc ceſſat hæc actio, ſi quis peregrè venientes v. g. Principe adveniente, Ejus Aulicos, Comites aut Miniſtros, aut tempore quo nuptiæ Principis celebrantur, aut Ejusdem nupta ſolenniter domum ducitur, hoſpites aut ſpectandum adventantes hoſpitio, vel ex neceſſitate, vel libera voluntate recipiunt. *Lauterbach. d. l. §. 23.*

§. XVII. Datur ad reſtituendas res invectas in ſpecie & naturaliter, licet ſint alienæ, modo viatoris, &c. interſit illas ſalvas habere. *l. 1. §. 7. Naut.* aut ſi perierint, aut deterioratæ ſint, ad illarum æſtimationem, & damni reſtitutionem, etiamſi hoc citra culpam exercitoris accidit. *l. 3. §. 1. in fin. Eod.* culpa enim imputata ſemper adeſt, quod non diligentius hoſpitum rationem habuerit, aut accuratius res cuſtodierit, hinc etiam factum hoſpitum præſtare tenetur. *l. 1. §. fin. Eod.* Excipiuntur tamen caſus fatales, inevitabiles, & vis major. v.g. Nauſragium, impetus aquarum, vis ventorum, piratarum & hoſtium. *l. 3. pr. & § 1. d. t.* contra hujusmodi enim caſus inevitabiles, & ad damna inde provenientia avertenda parum proficit humana cura & cuſtodia. *l. 31. pr. ff. de Act. empt. Hahn. ad Weſ. Tit. de Nautu. n 5. Add. Caſp. Klock. Vol. 3. Conſ. 135. n. 22. & ſeqq. maximè 62.*

§. XVIII. Tenentur tamen Caupones (Nautæ) hoſce caſus fatales, ſi non ſunt notorii legitimè & ſufficienter

Digitized by Google

enter probare. *l.* 2. *C. de Naufrag. Lauterb. d. l. §.* 38. Sicuti quoque Actor quantitatem rei amiſſæ. *l.* 2. *π. de Probat.* & quidem ita ut ſi hic ſemiplenè illam probaverit, eidem judex juramentum ſuppletorium deferre poſſit. *arg. l.* 31. *π. de Jurej. Laut. d. l. §* 51. Cæterum ſi cauponi &c. viator ciſtam valiſiam vel ſimile quid obſignatum aut bene clauſum tradidit cuſtodiendum, & ipſe ſe illud accepiſſe negat, aut reſtituit quidem, ſed reſignatum & apertum, tum propter præſumptum cauponis dolum, viatorem ſuo juramento, & quantitatem rerum amiſſarum, illarumque æſtimationem probare poſſe Dd. communiter ſtatuunt, quale jurament. hoc ſit. *Vid. Laut. d. l. §.* 51.

§. XIX. Quod ſi verò viator, (vector) in caſu, quo regulariter culpa poſſeſſoris non præſumitur, culpam cauponis (Nautæ) præceſſiſſe dicat, illam probare debet. *Carpz. P.* 2. *C.* 26. *d.* 18. *n.* 6. *ſeq.* & ſufficit modo leviſſima doceat, de hac enim caupones &c. quoque tenentur. *arg. l.* 3. *§* 1. *Naut. Klock.* 3. *Conſ.* 135. *num.* 13. Secus eſt, ſi res pereunt tali caſu, qui præcaveri à caupone &c. potuit, tunc enim ſine præmiſſa probatione caupones &c. ad illarum æſtimationem tenentur. *d. l.* 3. *Cz. d. l. n.* 10. *ſeqq.* Hinc ſi furto res receptæ fuerint ſurreptæ, (ſive ille fur ſit extraneus, ſive domeſticus. *Chriſt. V.* 5. *D.* 65. *n.* 24. & quamvis cauponis famulus alias probus fuerit reputatus. *Laut. d. l. §.* 41. Sive etiam per feneſtras intraverit. *Grivell. Deciſ.* 49. *n.* 5.) illarum æſtimatio ab Exercitoribus præſtanda, licet Actores nullam illarum culpam probent. *d. l.* 3. *& l.* 5. *§.* 1. *eod. V. Laut. d. l. §.* 40. Parumque referre putat. *Laut. §.* 42. etiamſi viatoris famulus rem cauponis cuſtodiæ concreditam ſubtraxerit, ubi tamen in fine Paponii contradicentis ſententiam non plane rejicit. Idem quoque erit dicendum, ſi ex cubiculo viatoris res ſint ſurreptæ, ipſeque ejusdem claves habuit. *Laut. §.* 45. vel peregrinans rebus ſuis cuſtodem appoſuit. *Laut. §.* 46. vel penes ſe habuit. §. 47. nec actor perſonam, à qua furtum factum nominare, & in proceſſu probare tenetur.

Stamm.

Stamm. Tr. de Serv. Perſ. l. 2. c. 14. n. 11. in fin. Fallunt tamen jam dicta (1.) ſi deficientibus conjecturis contra domeſticos, nocturno tempore, & vi majori, res fuerint ſubreptæ. *Grivell. d. Deciſ. 49.* (2.) Si propria viatoris culpa concurrat: *Stamm. d. l. n. 15.* idque *arg. l. 203. de R. I.* Licet alterius quoque culpa acceſſerit. *arg. l. 11. pr. π. ad L. Aquil. Laut. §. 44.* Secus, ſi viator res ſuas e. g. incongruo loco quidem reponat, caupo verò ad interrogationem reſpondiſſet, res ſuas ibidem tutas fore, etiamſi aurum & argentum eſſet, modo non cibaria propter canes & feles, tunc tunc enim caupo omninò teneatur. *Caſp. Ant. Theſaurus. Forenſ. lib. 2. quæſt. 55. n. 2. & 8.* quamvis etiam ſuper curru res relictæ ſint. (3.) Si cauponum (Nautarum) proteſtatio, ſe ſc. damnum non præſtaturos, ſit interpoſita, ex communi Dd. opinione. per *l. fin. pr. π. Naut. Laut. §. 48.* ut autem hujusmodi proteſtatio dictum effectum producat, requiritur (α) ut illa ſtatim ab initio, dum res inferuntur & recipiuntur, fiat. *d. l. fin. pr. ibi. Si prædixerit.* (β) ut viatores & vectores huic prædictioni conſentiant. *d. l. fin. pr. ibi: & conſenſerint prædictioni.* Expreſsè vel tacitè. *arg. l. 32. π. de LL. Laut. §. 48.* hinc ſi viatores contradicunt, & caupo illos res ſuas inferre, ac in caupona permanere patitur, tenetur ipſa æque, ac ſi nulla facta eſſet proteſtatio. *Loccen. d. l. l. 3. c. 7. n. 12.* Poſt receptionem demum ſi proteſtatio fieret, licet viatores non contradicerent, inque caupona manerent, caupo tamen propterea à periculo & cuſtodiæ onere non liberatur. *Sichard. d. l.* Optima tamen cautela pro viatoribus eſt *Modutii* in ſuis *dubitat. & Reſol. dub. 178. §. Plebiſcitum. n. 8.* ſc. ut res in depoſitum tradant cauponi coram teſtibus.

§. XX. Quæcunque hucusque de furto diximus, de damno quoque intelligenda veniunt. *l. 5. §. 1. Naut.* ſive damnum illud injuria, ſive culpa ſit datum. *arg. l. 1. §. ult. l. 2. & 3. Eod.* modo non vis major intervenerit, & damnum præcaveri potuerit. *Ant. Faber. ad l. 5. §. 1. Naut.* Res incendio ſublatas, an caupo reſarciré debeat Dd. val-

C de

1 alph. 15 bog.

de dubitant. *Paponius l. 23. t. 6. arreſt. 4. ferè in fin.* hoc ipſum ſimpliciter negat, contrarium verò demonſtrat *Weſenbec. Tit. de Naut. num. 5.* Alii diſtinguunt, & cauponem tunc demum teneri putant, ſi ejus famulus ſua culpa incendio cauſam dedit. *V. Berlich. p. 4. Concl. 25. n. 117. & Harpp. ad §. 3. I. de Oblig. quæ quaſi ex delicto naſc. n. 15. & ſeqq. Nos duce Lauterb. §. 50.* diſtinguimus an incendium in caupona exortum ſit, an in ædibus vicinis, hoc in caſu, Paponii procedit ſententia. *arg. l. 3. §. 1. Naut.* Secus in caſu priori, licet de certæ alicujus perſonæ culpa vel minimè conſtet, per ea quæ tradit *Lauterb. §. 40. de furto. add. §. 50.* Denique cum hac noſtra actione de Recepto concurrit interdum, Actio locati conducti. *l. 3. §. 1. π. Naut.* interdum Actio depoſiti. *d. l. 3. §. 1.* interdum Actio L. Aquiliæ, & Actio furti, ita tamen, ut vel officio judicis, vel doli exceptione, actores una harum electa contenti eſſe, easque executori petenti cedere debeant, ſi contra eum obtinuerint. *l. 3. §. fin. eod. ibique Peck. & Vinn.*

§. XXI. Ad contraria quod attinet huic actioni inſtitutæ opponi poteſt à Caupone (Nauta) Exceptio retentionis, ſi viator, vel vector debitam mercedem, vel alia pro hoſpitalitate & vectura, aut ejus occaſione debita ſolvere detrectet, habent enim Caupones (Nautæ) Jus retentionis, quo mediante res peregrinantis, quantæ quidem ad exſolutionem ſufficiunt, propria auctoritate pignoris loco detinere poſſunt. *Carpzov. P. 2. Conſt. 25. d. 22. n. 4. ſeqq. & Lauterb. §. 32.* Nec obſtat dignitas perſonæ. *Richter. d. D. num. 39.* Poteſt etiam hoſpes activus pro pretio & conſumptis peregrinantem arreſtare. *Pet. Peck. de Jure Siſtendi. c. 3. num. 2.* nec regulariter fidem de pretio habere cogitur. *Carpz. P. 1. c. 30. d. 18.* ſique hoſpes peregrinanti in diverſorio ægrotanti impenſas fecerit neceſſarias, in concurſu creditorum prælatione gaudet. *l. 4. C. de Petit. hered. l. 3. C. de Relig.* Ex hujusmodi debitis tamen uſuras exigi non poſſe. Reſp. JCti Jenenſ. teſte *Richt. D. 74. n. 78.* (quamvis de Jure aliud obtinere putet. *Laut. d. l. §. 53.*)

Nec

Nec mulier prægnans, ſi in navi pariat, duplex naulum præſtare tenetur. *l.* 19. *§.* 7. *π. Locati.* Quid verò de mortuo in navi dicendum Vid. *l.* 10. *pr. π. ad L. Rhod.* Hæc de Actione de Recepto, ſequitur nunc ſecunda, quæ in factum dicitur, & nihil aliud eſt, quam actio Perſonalis, Prætoria (ſecuritatis gratia introducta *l. fin. §. fin. Naut. junct. l.* 1. *§.* 1. *eod.*) pœnalis & perpetua, (contra regulam in *l.* 35. *pr. de O. & A.*) datur vectoribus & hoſpitibus, ob furtum & damnum ipſis in navi, caupona, vel ſtabulo factum, ab iis, qui ibi habitandi, vel operarum præſtandarum gratia ſunt illorumque heredibus. *§. fin. l. de obl. quæ quaſi ex del.* adverſus Exercitores Navis &c. *d. §. fin. l. & l. fin. §.* 4. *Naut.* licet illi, qui verè deliquerunt, deceſſerint. *d. l. fin. §.* 4. ſi plures fuerint, pro ea parte, qua exercent. *l. fin. §.* 5. *eod.* non verò contra heredes, quia eſt pœnalis. *l. fin. §. fin. Eod.* ad duplum illius quod actori ex hoc quaſi delicto abeſt exigendum. *l. fin. §. Naut.* quod duplum tamen non eſt mera pœna ſed rei perſecutionem quoque continet *Ant. Faber. ad d. l. fin. Fab. Racem. 7. th.* 27. & 31. Oritur ex quaſi delicto exercitoris. *§. fin. I. de oblig. quæ quaſi ex del. l.* 5. *§. fin. de O. & A.* qui fidem explorare debet eorum, quorum opera utitur, quosque habitandi cauſa in cauponam recipit. *l. fin. §.* 4. *Naut. Tabor Racem. 7. th.* 17. & omnium illorum operariorum &c. factum præſtat, quos recepiſſe cenſetur. *l.* 6. *§.* 3. *l. fin. pr. & §.* 4. *Naut.* Exercitor tamen non obligatur, ſi extra navem, cauponam vel ſtabulum deliquerint, aut hoſpites vel vectores, ipſi aliquid commiſerint. *l.* 6. *§.* 3. *l. fin. pr. Eod. Tabor. d. l. th.* 18. Sic & ipſe Exercitor, ſi delinquerit, non hoc ſed verò delicto tenetur, *arg. §. fin. I. de obl. quæ quaſi ex del. l.* 5. *§. fin. de obl. & A.* quia ſic ex proprio, non imputato obligatur facto. Si verò proprius ejus ſervus deliquit, tantum noxaliter conveniri poteſt. *l. un. §.* 5. *π. de furt. adv. naut. Bach. Tit. de Naut. p.* 1302. quia hoſce non ſponte recipiunt, nec ſine magno incommodo rejicere poſſunt, ſed tanquam domeſticum malum ferre neceſſe habent. *dd. ll.*



Digitized by Google

Eadem ex ratione dicti Exercitores ex quaſi maleficio non obligantur, ſi illorum uxores vel liberi, in navi cauponæ furtum fecerint, damnumque dederint. *arg. dd. ll. & l. un. §. ult. π. furt. adv. naut.* ibi: *nec repellere poteſt.*

§. XXII. Hæc de juribus, quibus peregrinans in diverſorio, & navi ſubſiſtens utitur, cum verò ſæpius eveniat, ut, antequam hinc diſcedere poſſit, vel propter injuſtitiam cauponis, vel etiam alicujus tertii litem movere neceſſe habeat, propterea novum exoritur beneficium, quod Jus hoſpitum, ſive peregrinorum, it. Jus indilatum, Germ. Das Gaſt-Recht / Gaſt-Gericht / Kauff- oder Erkauff-Gericht / item Kauff-Recht / vocari ſolet. Vid. *Frieſch. Diatribe, de Jure hoſpitalitatis. Memb.* 1. *Wehn. Obſerv. Pr. verb.* Gaſt-Recht. Deſcribi poteſt, quod ſit Judicium ſingulare & extraordinarium, in quo cauſæ ac lites inter civem & peregrinum ſine ſtrepitu judicii de ſimplici & plano diſcutiuntur. *Mev. ad Jus Lub. lib.* 3. §. 1. *art.* 1, *n.* 52. *& t.* 4. *a.* 7. Introductum eſt *nonnullis in locis* utilitatis & æquitatis gratia, ne ſc. peregrinantes magno cum diſpendio in alieno loco juris executionem expectare cogantur. *Mev. d. l.* dixi: *nonnullis in locis:* Jure Rom. enim incognitum eſt, nec in omnibus Germaniæ Provinciis ac civitatibus viget. *Mev. d. l. t.* 4. *a.* 7. obſervatur autem maxime (1.) in Saxonia. *Wehn. d. l.* (2.) in Ducatibus Poruſſiæ. *Vid. Jus Prov. Prutenic. lib.* 1. *Dt.* 13. *de Jure hoſpitum.* & Würtenbergiæ. *Vid. Jus Prov. Würt. P.* 1. *t.* 5. §. *f.* (3.) in multis civitatibus circuli infer. Sax. juxta *Speid. in Speculo. verb.* Gaſtrecht. *Add. R. I. de anno* 1654. §. Demnach auch 156. ubi ordines & Status Imperii admonentur, ut extraneis, & à loco judicii longe habitantibus citiſſimè jus dicatur. Forma hujus judicii generica in eo conſiſtit, quod cauſæ extra ordinem & ſummariè cognoſcantur. *V. J. Pruten. l.* 1. *t.* 13. Forma ſpecialis, pro diverſitate locorum diverſa eſt. Plerumque præfixis terminis breviſſimis, ad ſummum trium dierum: Von dreyen Tagen zu dreyen Tagen / interdum de die in diem: Von einem Sonnenſchein biß zum

zum andern jus dicitur, nec ſententiæ executio ulterius ſuſpenditur. *V. Mev. d l. t. 1. a. 1. n. 52.* & omninò, Roſtochiſche Gerichts-Ordnung. *lib. 2. t.* Von Gaſt-Recht. Probè tamen notandum, quod hocce judicium non ſpectet ad cauſas criminales, Eccleſiaſticas, feudales, aliasque gravioris momenti, ſed ferè tantum ad pecuniarias & mercantiles, unde etiam die Gaſt-Gerichte maximè iis in civitatibus, in quibus commercia florent, exercentur. *Mev. d. l. t. 4. a. 7. n. 1.* Cæterum peregrinantes ſtatutis aliorum non obligantur. *V. Ruland. à Valle. Conſ. 49. Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 3. Puſendorf. Elem. Jurisp. lib. 1. def. 12.* Actus enim Jurisdictionis cujusmodi eſt ſtatutum, quod ultra ſubditos ſe non extendit. Niſi quid circa actus alicujus, negotiive ſolemnia diſponatur. *Grot. de J. B. & P. l. 2 c. 11. §. 5. Carpz. l. 2, R. 28.* Sic ratione contractuum quis ſe adſtringit alteri ad dandum vel faciendum, ſecundum conſuetudines, quæ eo in loco, ubi moratur, obſervantur. *Coler. d. l. p. 2. c. 1. n. 4.* Ita quoque litem cuipiam movens, jurisdictioni & ſtatuto illius loci ubi verſatur, ſe ſubjiciat neceſſe eſt, nec aliud dicendum, ſi peregrinaus teſtamentum facere velit, ubi ratione ſolemnium loci ſtatutis rectè tenebitur. *l. 2. C. quemad. teſtam. aper. l. 6. π. de Evict. Gail. 2. obſ. 123. & 124.* factumque ita teſtamentum valet utique quoad bona domi & alibi ſita. *arg. l. 6. de Evict.* adeo ut heres inſtitutus, in omnibus jure optimo ſuccedere poſſit, quam forte in loco rei ſitæ major ſolennitas requiratur. *Joh. à Sande Rerum jud. tit. 1. def. 12. Mev. ad J. Lub. P. 2. t. 1. a. 16. num. 4. & 5.* Unde *Coraſius lib de Jure Civ. in artem redig. c. 13. Exterum*, inquit, *qui Veneris* vel *Toluſa teſtatur, earum urbium Legibus juvari, ut coram IV. aut III. teſtibus conficiat jure teſtamentum. Conſ. Stryk. de Jure Princip. extra territor. cap. 3. n. 122. ſeqq.* Hæc teſtandi libertas tamen maximè reſtringitur iis in Regionibus, ubi Jus Albinagii. Gall. le Droit d'Aubeine introductum eſt, quo mediante peregrinantium ſive teſtato, ſive inteſtato decedentium bona, excluſis propinquis & heredibus legitimis

1 alph. 15 bog.

Digitized by Google

fiſco addicuntur : quo jure autem, quaque injuria hoc fiat. *Vid. Illuſtr. Dn. Schilteri Diſſertat. de Jure Peregrinorum. §. 22.* Tandem & peregrinans delinquens, ratione iſtius delicti, fit territorialis, aut civitatis domini ſubditus, & juxta ſtatuta illius loci meritò punitur. *l. 1. §. fin. π. de inſp. ventr. l. 50. §. fin. π. de Leg. 1.* Add. *Excell. Dn. Scheinemanni, Præceptoris mei fideliſſimi, diſſ. pro loco hab. de Authoritate Legum Civ. extra territorium legislatoris. Cap. 2. §. 3.* Modo delicta in ſe & ſua natura turpia & punibilia ſint, qualia ſunt Adulterium, homicidium, furtum &c. Secus de aliis, quæ juſtam admittunt ignorantiam, ut portare arma, pecuniam, aurum, frumentum &c. extra territorium vehere, quæ ratione puniri non ſolent. *Alber. de Roſate. Tr. de Statut. quæſt. 32.* præſertim ſi craſſa & ſupina abſit ignorantia. *c. 2. de Conſtit. in 6. & l. 9. §. 2. π. de J. & Fact. ignor.*

§. XXIII. Reſtant adhuc beneficia, quæ peregrinantibus ſunt conceſſa propter abſentiam, paucis pertractanda. (1.) igitur à quibuscunque etiam ſine mandato abſens defendi poteſt. *l. 2. 33. §. 2. π. de Proc.* ita tamen ut in ejus præjudicium nil agant præſentes. *l. 1. & 2. C. Res inter alios act. al. non nocer.* (2) Datur peregrinanti, cujus ignorantis negotium geſtum §. 1. *l. de oblig. quæ quaſi ex contractu.* ejusque heredibus (*l. 3. §. 1. π. de N. G.*) adverſus geſtorem & ejus heredes Actio N. G. directa, ad id, ut rationes reddat, *l. 2. eod.* quod ex geſtione ad ipſum pervenit, reſtituat, *l. 23. & 28. eod. Vid. Scheſ. Comp. Laut. Tit. de N. G. per tot.* damnaque culpa data præſtet. *l. 20. C. eod.*

§. XXIV. Quod ſi verò abſens, cujus abſentia voluntaria & laudabilis eſt, planè non fuerit defenſus, auditur (2.) appellando. *l. 3. C. quomod. & qu. Jud.* Siqne ipſi fortè aliquid abſit propter uſucapionem ſive præſcriptionem ab alio factam & completam, ei beneficio reſtitutionis (3.) ſuccurritur. *l. 8. π. de in int. reſt.* quod & illi ſibi applicare poſſunt, qui Reipubl. cauſa peregrinantur. *l. 1. pr. & l. 1. π. & C. ex quibus cauſis maj.* Licet enim in eorum bona miſſio ex primo decreto fieri poſſit, ſi non defendan-

Digitized by Google

fendantur: ſalvi tamen ipſis manet reſtitutio. *l.* 35. *π. de Privil. Cred. Oddus quæſt.* 68. *art,* 3. neque ad ſecundum decretum, vel venditionem procedi poteſt. *l.* 4. *C. de reſtit. milit. l.* 6. §. 1. *π. ex quibus cauſis in poſſ.* nec poſſeſſio auferri. *l.* 35. *π. de Privil. credit.* Et hoc beneficium non ſolum reverſis viris, ſed etiam ipſorum uxoribus, ad exemplum militum, datur. *Vid. Tit. C. de uxor. milit.* Sic (4.) peregrinans propter juſtam abſentiam impetitus, quo minus delatam ſibi hereditatem adierit, ſi interim deceſſit, quamvis major fuerit, beneficium tamen reſtit. in integ. heredi relinquit ſuo, adeo, ut hic hereditatem, licet nondum aditam, hactenus conſequatur. *l.* 30. *pr. π. de Acquir. hered. Mod. Piſtor. quæſt. Illuſt. p.* 4. *q.* 131. *n.* 250. Etiamſi (5.) Actio Fam. erciſc. alias juxta *l.* 20. §. 4. *π. Fam. erciſc.* non niſi ſemel intentari poſſit, & aliquid indiviſum remaneat, judicium communi dividundo locum tantum habeat, *Weſenb. ad d. Tit. π. n.* 7. Illa tamen diviſio Juri ejus, qui peregre abeſt, & ſic rei ignarus, minime præjudicat, ſed portionem ſuam in ſingulis rebus communibus pro indiviſo retinet. *l* 17. *C. Fam. Erciſc.* (6.) Contra reum peregrinantem definitivè procedi nequit, ut ſc. condemnetur, niſi culpa notoriè judici liqueat. *Paul. de Caſtrenſ. ad l. properandum §. ſi autem reus. C. de Judic.* Neque (7.) contra ipſum in cauſa criminali teſtes examinari poſſunt in perpetuam rei memoriam. *Clar. Recept. ſent. lib. V. ad §. fin. qu.* 44. *in pr. verſ. & hoc adeo verum.* (8.) Abſentiæ cauſa allegari poteſt per quemvis, & admittendus eſt etiam is, qui abſentem quoque ignorantem excuſat, nec opus eſt mandato, modo tamen juſta ſit abſentiæ cauſa. *Menoch. de Arbitr. jud. quæſt. lib.* 1. *c.* 80. *n.* 85. *ſeqq.* Et quæ ſunt longe plura: unico verbo, quæ in abſentium favorem conſtituta ſunt, licet ſuo modo applicare ad conditionem peregrinantium.

§. XXV. Diximus ſupra peregrinationem aliam eſſe voluntariam, aliam neceſſariam, de illa hactenus ſufficienter egimus, ſupereſt igitur, ut de hac quoque nonnihil

1 alph. 15 bog.



Digitized by Google

hil addamus. Notiſſima hujus ſpecies eſt *Exilium*, quod vocabulum tam latè patet, ut præter deportationem, relegationem, Bannum & interdictum etiam comprehendat. *Vid. Ant. Matthai de Criminibus pag.* 879. §. 3. Alias exilium aut voluntarium eſt aut coactum ſive neceſſarium, illud dicitur, quod mali cujusdam imminentis vitandi cauſa ſuſcipitur, quale fuit Scip. Africani, qui ad effugiendam plebis iram, quam ob cædem Tib. Gracchi conceperat, legationis prætextu in Aſiam à Senatu ablegabatur. *Sabell. lib. Enn. 5.* Coactum iterum eſt vel miſerabile, vel vituperabile, illud vocatur, quod præter culpam patientis, plerumque ſub religionis odio, vel potentia & vi ſuperioris (*quibus æquiparari ſolent ii, qui per oſtraciſmum expulſi ſunt. Arniſ. de Rep. lib. 2. c. 7. Sect. 2.*) irrogatur. *Rennem. in Jurispr. Rom. Germ. Memb. I. de Jure Perſon. diſp. 3. th. 26. lit. C.* hoc è contrario eſt, quod pœnæ loco ob delictum vel culpam imponitur, cujus ſpecies tres allegat *Marcianus in l. 5. π. de Interd. & releg.* Hac ratione in exilio exiſtentes, integrum ſuum ſtatum quidem retinent. *l.* 7 §. 3. *l.* 18. *eod.* interim tamen locis interdictis abſtinere debent. *l.* 4. 28. §. 13. *π. de Pœn.* V. omninò *Joſeph. Fremand. de Retes, de Interdicto, Releg. & deport.* Qui verò propter religionem migrare neceſſe habent, iis, tantum abeſt ut tranſitus per territorium denegari poſſit, ut potius ab aliis territorii dominis habitatio concedi debeat, annexis omnibus ac ſingulis juribus, quibus alias peregrinans uti non prohibetur. *V. Grot. de J. B. & P. L. 3. c.* 20. §. 41.

§. XXVI. Partem hancce generalem claudere poſſet inſignis quæſtio; An teſtamentum in ipſa via, vel navi confectum (ubi copia hominum haberi nequit) coram duobus vel tribus, quos quis itineris ſocios habet, ſubſiſtat, & ita privilegiatis ſit annumerandum, quia vero Illuſt. Dn. Stryk integram diſputationem de hac ſcripſit, hinc lectorem ad illam remittimus, huicque parti generali felicem imponimus finem.

PARS

PARS SPECIALIS.

De

Magnatum peregrinantium Privilegiis.

POteſtatem, liberè omnia exercendi jura, qui denegare auſit Principibus in territoriis ſuis, neminem ſanè novimus, qua verò extra territorium Princeps gaudeat poteſtate, hoc quæſtionis & diſquiſitionis difficilioris eſt; Sunt nonnulli, qui Principem terras ſuas egreſſum, in omnibus quoad contentioſa privato æquiparare non verentur. *arg. c. at ſi clerici 4. juxta de Judic. Marta de Jurisdict. P. 4. Caſ. 64. n. 9.* cui ſententiæ tamen vix ac ne vix quidem ſubſcribere poſſumus, cum vel unicum Jus Legationis ſufficienti argumento evincat, Principem in eandem cum privatis ſortem detrudi non poſſe. *Vid. Dn. Scheinem. d diſp. c. 3. §. 2.* Hinc nonnulli concludunt, quod Princeps peregrinans coram territorii alicujus Domino ſtare non debeat, jusque ab eo accipere, cum pari in parem nulla penitus competat jurisdictio, niſi ſe eidem ultro ſubmiſerit, per *l. Eſt receptum 14. π. de Jurisd.* quod confirmant exemplo Mariæ Stuartæ Scotorum Reginæ, quæ, quamvis captiva, fractæque pacis publicæ rea peracta, ſemper tamen proteſtata eſt, ſe Reginam liberam natam, nec perinde ullius poteſtati ac jurisdictioni humanæ ſubjectam. *Cambd. in Eliſab. f. 441. ſeqq. Stryk. diſp. de Jure Principis extra territorium. Cap. 1. n. 9. ſeqq.* Sed quicquid de eo ſit, hancce tamen ſententiam in totum noſtram non facimus, cum nulli dubitemus, quin Princeps quidem in alterius territorio conſiſtens ſuam adhuc retineat Majeſtatem, nec propter diſceſſum ex Provincia ſua fiat ſubditus, ſi tamen hoſtilia moliatur, vel in ipſam Domini territorii perſo-

1 alph. 15 bog.

nam, vel populum in conſpirationes, & ſeditiones concitet, talem Principem occidi poſſe, confidenter aſſerimus, ſi non ut ſubditum, ſaltem ut hoſtem. Hinc Maria Scotica, fœmina procax & turbulenta, cum in Anglia multa machinaretur in caput Eliſabethæ & ſtatum publicum vehementer affligeret, ſi vera ſunt, quæ refert *Metteranus hiſtor. lib.* 13. id tandem promeruit, ut pro hoſte haberetur, & mortis ſupplicio plecteretur; quamvis ſint, qui ſupplicii genus deteſtentur, & in eo peccaſſe Eliſabetham contendant, quæ carnificis manu id irrogaverit. *Vid. Lanſ. orat. Contra Britan. p.* 688. *Ziegl. de J. Maj. L.* 1. *c.* 32 *th.* 19. Aliud tamen erit dicendum de iis, qui immediate Imperio Rom. Germ. ſubjecti ſunt, hi enim juxta veriorem ſententiam Excell. Dn. Schwed. in diſp. ſua pro loco habita de Foro illuſtrium Imperio Rom. Germ. immediatè ſubjectorum *th.* 23. ſolum coram Imperatore, acceſſitis in Conſilium Principibus ſtare tenentur.

Quis verò Magnatum alteri extra territorium præferri debeat, maxime controvertitur, putant aliqui, dignitatis hic habendam eſſe rationem, ita ut Dux Principi, Princeps Marchioni, Marchio Landgravio, & ſic porrò anteponendus ſit, ſed ita judicantes haud levem errant errorem, nam ut taceam alibi locorum Principum dignitatem Ducum, alibi Ducum Principum dignitate &c. priorem haberi, unicum noſtrum Imperium ſatis nos docet, gradus ejusmodi dignitatem in præcedentia non ſemper, ſed contrarium potius obſervari, unde hæc res magis ſecundum obſervantiam, quam gradus dignitatem dirimenda videtur. Conf. de univerſo præcedentiæ jure inter Principes Europæ ex profeſſo agentem. *Jo. And. Cruſium. ſpec. Tract. & Stryk. l. c.* Jus deducendi quod attinet heic de eo dicendum, quod Magnates per alterius territorium tranſituri ex antiquiſſimo per Germaniam more recepto, Dominum illius hac de cauſa facere debeant certiorem, & ab eo liberum petere tranſitum, niſi aditum ſibi velint præcluſum. Vid. *Hortleder. de Cauſ. Belli Germ. c.* 8. *ſ.* 100. *Verb.* Solche

Lande

Landſtraſſen ꝛc. *lit. c. 5. & 22.* Quod ſi verò hoc ritè obſervaverint, viamque, quâ tranſituri ſunt indicaverint, & damnum poſtea his contingat, illud Dominus territorii ſufferre debet *Dietrich. in Not. ad A. B. tit. 1. verb. Conducere teneatur*, propter *Conſtit. Imp. de An. 1559.* §. damit dann ꝛc. quæ omninò generalis eſt.

In Imperio noſtro R. G. ſi quis Electorem vel alium Statum Imperii (*arg. R. l. de Anno 1529.* §. und nachdem. *Reincking. de R. S. & E. l. 1. claſſ. 5. c. 6. n. 183.*) quovis modo offendat, aut adverſus ſecuritatem illius aliquid moliatur, iſte ex capite criminis læſæ Maj. condemnari poteſt. *A. B. tit. 24.* Qua ratione verò Electoribus eorumque Nunciis, ſalvus conductus ad electionem Regis Roman. ituris à Statibus Imperii præſtari debeat. Vide omninò laudati *Dn. Schwederi Introd. in J. Publ. P. ſpec. Sect. 1. c. 2. §. 13. & A. B. Cap. 1. §. 3. ubi iſti, qui Electoribus aut Eorum Legatis in hoc negotio hoſpitia denegant, aut victualia in communi pretio vendere detrectant, bannum & præſcriptionem incurrere dicuntur.*

Cæterum inſigne levamen peregrinationum derivant Principes ex Jure Albergariæ, ſive hoſpitaturæ, aus der Atzungs-Gerechtigkeit, de quo videri omninò poteſt. *Friſch. diſp. de Jur. Albergaria. Concluſ. IV. ſeq.* deſcribitur autem quod ſit onus mixtum, ordinarium, quod incolæ alicujus loci dominis vel aliis cum familiis & comitibus advenientibus debent, conſiſtens in hoſpitio, eſculentis & poculentis præſtandis.

Diximus onus mixtum, ad differentiam nudæ hoſpitationis cum ſervitiis. Wann einem nichts als das bloſe Quartier mit gehöriger Auffwartung ohne Eſſen und Trincken gegeben wird. Competit autem hoc Jus non ſolum Principibus, ſed etiam civitatibus Imperialibus, ratione regalis territorii juris, eo ipſo enim quod hæ civitates inter Status Imperii receptæ ſunt, ſtatuum jura ipſis quoque competunt. *Gail. 2. O. 57. n. 7. Ruland. de Commiſſ. Part. 2. cap. 4. n. 4.*

1 alph. 15 bog.



Digitized by Google

LEGATORUM PRIVILEGIA.

SUnt vel Juris Gentium, vel Juris Civilis: Illa, quæ ex inviolabilitate & ſanctitate proficiſcuntur juxta *l. ult. ff. de Legation.* apud Exteros (1.) Legati Statuum æque ac à Regibus miſſi ſibi vindicant. *Ludolph. Hugo. de Stat. Regio. German. c. 2. §. 17.* (2.) à Jurisdictione loci, ubi degunt, ſunt exemti, nec aliam niſi mittentis agnoſcunt *Grot. de J. B. & P. 11. 2. 5.* quousque verò in commiſſis delictis hoc Jus ſe extendat, inter Dd. non eadem eſt ſententia. Videri hanc in rem meretur. *Rubr. Zuchai libellus de Legati delinquentis judice competente*, in quo ſententiam Grotii defendit, (3.) Propriam habent jurisdictionem in ſuos domeſticos, famulos & officiales. *Kulpis. de Legationibus Statuum Imp. cap. 21. §. 3.* (4.) Immunes ſunt à vectigalibus Tributis, aliisque oneribus. *Conſt. Imper. de Anno 1500. §. Item ſollen. & de Anno 1521. §. Item ſollen auch.* an vero cogi poſſit legatus, ut ſcriptis vel alio modo declaret ſe non niſi propriam ſecum habere ſupellectilem. *V. Diar. Europ. P. XXXIIX, p. 112.* (5.) Nec per Repreſſalias detineri poſſunt, neque bona eorum mobilia, & quæ perinde habentur, perſonæ acceſſio, pignoris cauſa, aut ad ſolutionem debiti capi vel arreſtari poſſe tradit *Grot. d. l. c. 18. n. 9.* quod & Jure Civ. confirmatum. *Berlich. p. 1. concl. 75. n. 26. Mev. de Arreſtis. c. 8. n. 114. ſeqq.* An verò (6.) Jus Aſyli in ſuis ædibus habeant ex Jure Gentium, tam planum non eſt pronunciare. Nos hanc ponimus regulam: Gaudeat omni ſecuritate domus legati, non tamen ſit receptaculum nefariorum. *Klock. T. 1. Conſ. 10. n. 315. ſeqq. 371. vid. tamen Grot. d. l. n. 8.* (7.) Exercitio gaudent religionis, ſi diverſam foveant ab illo, à quo ſunt recepti. *Marſelaer. de Legat. 2. diſſ. 15. circa fin.* (8.) Vim publicam committere offendentem legatos probat. *l. 7. ff. de vi publ.* nec obſtat, licet ab hoſtibus veniant. *l. 17. ff. de Legat. Ziegl. de J. Maj.*

J. Maj. l. 1. c. 32. §. 13. modo non moliantur hoſtilia, aut ſolum ſpeculandi & fallendi cauſa veniant. *Beſold. diſſ. Polit. Jurid. de Legat. eorumque Jure. Cap 5. th 18. 19.*) & crimen læſæ Majeſt. ſi injuriam ſive vim ipſi inferat ſubditus mittentis; ſin verò alius, committit quidem hoc crimen, non tamen in illum Principem cujus legati ſunt. Sed in proprium principem, cui ipſe ſubjectus eſt. *Ziegl. d. l. & omninò. Ruland. de Commiſſ. p. 1. lib. 3 c. 12. n. 7.*

De Jure Civ. (1.) Legati tempore legationis non tenentur domi reſpondere in judiciis, ſed illud tempus eis prodeſt. *l. 5. pr. l. 11. §. 1. π. de Legat.* adeo, ut ſi mittens interea legatum ad reſpondendum cogere, vel adverſus ipſum pronunciare velit, Legatus in Camera Imper. mandatum de non gravando contra jura legatorum S. Clauſula obtinere poſſit. *Kulpis. d. l. §. 15. (2.)* habent jus revocandi domum ut non poſſint alibi in jus vocari. *l. 2. §. 3. junct. l. 24. §. 2. de Judic.* ubi varias tamen reſtrictiones addunt Dd. Vid. *Berlich. pag. 1. Concl. 77. num. 8. (3.)* Si ante legationem ſuſceptam ipſis negotium ſit motum, etiam abſentes defendi debent. *l. 2. π. Eum qui appell. l. 16. §. 1. π. de Legat. (4.)* Propter abſentiam læſi, reſtituuntur in integrum ex eo capite, ex quo reſtituuntur læſi abſentes Reipubl. cauſa. *l. 8. π. ex quibus cauſ. maj. l. 1. Cod. eod. Lauterbach. Concl. For. Ex. 13. th. 4. (5.)* Sumtus proficiſcenti dati ante reditum, defuncto legato ejusque heredibus cedunt, nec reſtitutio exigenda. *l. 10. §. 1. π. de legat. Gail. 1. Obſerv 44. num. 12. Mev. ad Jus Lubec. l. 1. t. 8. a. 10. num. 27.* Sicut etiam, ſi quid in legati morbum aut funus impenſum eſt, heredibus refunditur: *Cacheran. Deciſ. 46.* Quod ſi *(6.)* in itinere per caſum fortuitum vel à prædonibus damnum legato illatum, id ei reſarciendum eſt. *Graveti. Conſ. 525. (7.)* Salarium domi currere non deſinit. *Myler. de Princip. & Stat. Imp. p. 1. c. 9. num. 16. 17.* Utuntur autem hiſce privilegiis per totum tempus legationis & expeditionis, *caſus. num. 2. verſ. item*

1 alph. 15 bog.



qua ratione. X. de for. Comp. & Coler. Proc. Exec. p. 1. c. 3. n. 193. & p. 4. c. 1. n. 220.

LITERATI
ET
STUDIOSI.

EXcipiunt ordinem Legatorum, quippe qui, quoniam in peregrinatione ſæpius miſerrimum mortalium, genus repræſentent, (ſiquidem juxta *Gail. 1. Obſerv. 1. n. 4.* Ein Student wie ein Schaff iſt / ſo durch die Hecken gehet / und an allen Orten gerupfft wird) hinc majoribus omninò mactandi eſſent privilegiis. Patronus eorum ſummus fuit *Fridericus* in notiſſ. *Auth. Habita: Ne filius pro patre*, quæ autem Dd. variè interpretari ſolet, nos erimus breves. (1.) igitur fruuntur ſecuritate peculiari, hinc ſtudioſo illata injuria atrociſſima habetur. *arg. §. 9. l. de Injur.* ibique Dd. (2.) Regulariter ab omnibus oneribus & præſtationibus ſunt liberi, nec vectigalia ſolvere tenentur *Sichard. ad d. auth. num. 7. Speckhan. Cent. 1. Claſſ. 1. q. 9. num. 21.* (iis tamen exceptis, quæ pro refectione pontium ſolvi ſolent. *Pet. Frider. lib. 2. de Mandat. c. 42. num 6.*) (3.) Studioſis præ aliis multis hoſpitium debetur, hinc Bononiæ ſtatutum ſpeciale profertur excommunicatione vallatum, de quo *Fellucc. Tr. 14. num. 49. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 114. ℣. 4.* & in Academiis, Conimbricenſi & Eborenſi privilegium ineſſe. ut Scholares decenter præ aliis hoſpitentur, cum Rectoris ad id ſpeciali obligatione ſcribit *Pereira lib. 5. diſp. 3. c. 3. q. 2. num. 785.* (4.) A Repreſſaliis ſunt tuti. *Bechm. de Studioſorum Privil. c. 6. §. 26.* (5.) Studioſus res prohibitas una cum libris &c. vehens, illæ ſolum in commiſſum cadunt, non libri. *arg. l. 4. §. 1. de Public. Gilken. add. Aut. n. 44.* (6.) De contractibus alibi ini-

initis, delicto alibi commiſſo non poſſunt conveniri in loco ſtudii, ſi verò nihilominus inquietentur, jus revocandi domum habent. Vid. *poſt Struv. Ex. IX. th. 25. numer. 2, Zamſchliffer ad d. Auth. §. 3.* (7.) Ad munus perſonale in Patria revocati regulariter non tenentur ſequi. *Brunn. ad l. 2. (qui etat. vel Profeſſ.* An (8.) ab hoſte capti immunes ſint à ſolvendo lytro diſputat *Feltmann. in Reſponſ. ad Rem milit. decad. 1. Reſp. 9. n. 67. ſeqq.* ubi in negativam quidem inclinat, contrarias tamen annectit quoque praxes. *Conf. Grot. de J. B. & P. l. 3. c. 11. num. 10. f.* Quatenus (9.) ab arreſtis ſeu quoad propriam perſonam, ſeu quoad ſua bona ſint exemti id latiſſimè explicat *Mev. Tr. de Arreſtis cap. IIX. à num. 95. usque ad num. 104.* (10.) Penſio iis debet remitti propter ingruentem peſtem frequentemque apparitionem ſpectorum. *Covarruv. 4. Variar. Reſol. c. 6.* nec non diſcedentibus propter metum ruinoſarum ædium. *arg. l. 28. de damn. Inf. Vid. Bechmann. d. l. n. 12.* (11.) Expenſas in peregrinationem utilem factas conferre non tenentur. *Arnold. de Reyher. Theſ. Jur. verb. filius n. 79.* imò nec pecunia poſt mortem patris miſſa, ut in patriam redire poſſint, *de Reyher. d. l.* niſi pater hoc expreſsè velit. *l. 50. ff. Famil. Erciſc.* (12.) Contra illos non currit præſcriptio, quia eorum abſentia eſt neceſſaria & laudabilis. *l. 28. pr. ex quibus cauſis maj. in integr.* Si verò res ſint præſcriptæ, & ſtudioſis & illorum heredibus (quando de re in dividua agitur) in integrum reſtitui poſſunt. *arg. l. 10. quemadmod. ſervit. amitt. Carpz. lib. 2. R. 98.* (13.) Studioſi ſunt ſub Jurisdictione ſolius Rectoris, ſc. quoad cauſas civiles, niſi Rector merum Imperium habeat ex ſpeciali conceſſione. *Cubach. d. l. qu. ult.* (14.) In Academia mortuis ſucceditur non ſecundum Jura Academiæ, ſed prioris domicilii, etiam in rebus mobilibus. *Lyncker. in Anal. ad Struv. Ex. 38. th. 34.*

MERCA-

1 alph. 15 bog.



MERCATORES.

FRuuntur (1.) ſecuritate peculiari. *V. Concil. Lateranenſe c. ſin. de Treuga & Pace.* (2.) ob teſtimonium dicendum ab itinere deſtinato non poſſunt detineri. *V. Stat. Lub. art. 10. de Teſtib. tit 7. lib. 5.* (3.) Transeuntes per aliquam Provinciam aut civitatem cum mercibus, conveniri ibi non poſſunt; *V. R. I. de Anno 1555. §.* Nachdem aber. (4.) Jus geſtandi gladium habent ex ſpeciali conceſſione Imper. Fridericí. 2. *F.* 27. §. 5. *V. Mercator.* (5.) Pro alienis debitis jure repreſſaliarum detineri & pignorari non poſſunt. *Myns. Cent. 6 obſ.* 1. *Grot. de J. B. & P. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 7. (6.) Tempore Nundinarum concedi ipſis ſolet ſalvus conductus à Principe territorii, per quod transeunt. *Dn. Schneidervs Introd ad J. Publ. Part. ſpec. Sect.* 1. *c.* 17. §. 14. dammumque illarum refunditur. *Vid. Conſt. Imp. de An.* 1559. §. Damit dann die Obrigkeit. præſertim ſi à mercatoribus penſitatio aliqua ſumatur *Gail.* 2. *obſ.* 64. (7.) In nundinis ob delicta alibi contracta arreſto detineri non poſſunt. *l. un. C. de Nund. Berlich. P.* 2. *Concl.* 77. (8.) Quilibet mercatorum ſecurè naves mercibus onerare & exonerare poteſt in alieno portu. *Vid. Tomaſo Garzoni nella piazza univerſ. de tutte le profeſſion del mondo. diſcorſ.* 145. *& Marq. c.* 15. *n* 17. (9.) Bona in naufragiis amiſſa ipſis ſunt ſecura. *Aut. navigia C. de Furt. Gail.* 1. *obſ.* 18. qui verò ea diripiunt Jur. Com. ex communicantur. C. *excommunicat. juxta de raptoribus* (10.) Mercatores belli quoque tempore ſunt ſecuri. *Grot. d. l. n.* 2. *junct. Imper. Frid. III. in Reformat. ſua ſub rubr.* Wer an offener Fahrden gefreyet ſeyn ſoll *p.* 18. Si (11.) Pedagiis nimium vexentur ab exactoribus, coram Judice eccleſiaſtico conqueri poſſunt, ubi eorum quærimoniæ de ſimplici & plano audiendæ. *c. ſignificant juxta de offic. deleg* De cætero quoad proceſſum notandum, quod ille apud mercatores non ordinarius ſed ſummarius

ſit,

ſit, hinc cauſæ illorum (1.) remotis juris civilis apicibus (*ne dicam variis ſuperſtitionibus*) levato velo & ſine longo litis ſufflamine tractandæ. *l.* 5. C. *de Nauſt. Gail.* 2. *obſ.*20. *n.* 5. *Munoz. de Eſcobar. Tr. de Ratiocin. c.* 11. *n.* 2. (2.) Toleratur in illorum curia libellus ineptus, generalis, obſcurus, & alternativus. *Carpz. Proc. Tit.* 6. *art.* 1. *num.* 47. imò interdum planè non requiritur libellus. *Marq. d. l. num.* 23. *ſeq.* parumque intereſt, an petitio ſit incerta ſive oretenus, ſive in ſcriptis prolata. *V. Anſeldus de Anſeldis de Commercio & Mercat. diſcurſ. Gener. n.* 13. *ſeq.*

SPONSA.

DEnique quamdiu ſponſum peregrinantem debeat expectare, ſæpius dubiè à Dd. ſolet decidi. Nos diſtinguimus an certum expectandi tempus in ſponſalibus ſit præfixum, tunc enim illud ſponſa omninò expectare tenetur. *arg. l.* 2. *C. de ſponſ. Salicet. ad d. l.* Sin verò de eo nihil ſit conventum, ſponſa in eadem Provincia degentem biennium in alia verò per triennium expectare debet. *c.* 5. *extr. de Sponſ. l.* 2. *C. de Repud.* niſi neceſſarias ſuæ abſentiæ & peregrinationis habeat cauſas, tum enim expectandus eſt, donec ſe ſiſtat. *l.* 17. *π. de ſponſ. Finlkelth. O.* 11. *n.* 5. *ſeqq.* Si verò malitiosè abeſt, jura nihil certi ponunt, & ſic officio judicis ſententia relinquenda, quod etiam implorandum cenſemus, ſi ſpes redeundi decollat, quo caſu, conſiderata abſentiæ mora, cauſa & ætate puellæ, Dd. communiter concludunt, ſponſam non teneri ultra annum expectare. *Beuſt. de ſponſ. p.* 1. *n.* 60. *Avemann. Gamoleg. Synopt. lib.* 1. *t.* 13. *poſ.* 5.

Parti huic ſpeciali imponat finem Quæſt. non adeò vulgaris, An ſc. ſtatuto, quod à munere aliquo excludit peregrinum, excluſus videatur is, qui ex civibus parentibus in peregrinatione alibi natus eſt? quod omninò negamus per *l.* 6. *§.* 1. *l.* 17. *§.* 11. *ad municip.* quia filius ſem-

1 alph. 15 bog.

Digitized by Google

per ſequitur originem patris. Hinc *Vasqu. de ſucceſſ. progr. l. 1. c. 2. n 9. ſeqq.* Statutum eſſe, ait, Bononiæ aliisque Italiæ urbibus, quod nullus Doctor poſſit eſſe de Collegio JCtorum, & Medicorum, qui non originarius eſt civis: at ſi mater caſualiter abſit, & pariat, filius tum fingatur natus in civitate, nimirum Bononiæ. add. *Felinus in C. Rudolph. X. de Reſcript.* Contraria tamen conſuetudo obſervatur Pariſiis, ubi Præfectus Mercatorum, quem le Prevot de Marchands vocant, nullus eligitur, niſi qui in urbe ipſa eſt natus. *Bodin. 1. de Republ. 6.*

Hic verò teneat noſtras anchora jacta reſes! Plura equidem nobiliſſimum hocce argumentum poſtulat, ſingula verò addere, & dictis ultimam limam adhibere, noſtra impræſentiarum non fuerunt humeri. Promittimus tamen ſi DEUS vitam, majoresque ingenii vires conceſſerit, omiſſa ſupplere, & quæ minus commodè prolata ſunt, accuratius ponderare.

F I N I S.

Digitized by Google